METHODUS
TOTIUS ACTIONIS,

Quæ præcedit, comitatur, & subsequitur Concilium Provinciale, celebrandum die 11. Mensis Aprilis 1693. in S. Metropolitana Ecclesia Beneventana, Eminentiss. & Reverendiss. in Christo Patris, ac Domini D. Fr. VINCENTII MARIÆ Ord. Prædic. miserat. div. Tit. S. Sixti S. R. E. Presbyteri Cardinalis URSINI Archiepiscopi Metropolitæ jussu edita.

Habetur in Synodico pag. 705. in edit. e concil. in 4° pag. 101.

CAPUT I.

De iis, quæ celebrationem Concilii antecedunt.

§. I.

De publicatione, & Indictione Concilii.

1. Concilii Provincialis publicatio in die Epiphaniæ inter cætera Festa tàm in Metropolitana, quàm in Cathedralibus Provinciæ, & aliis Ecclesiis subjectis.
2. Literæ Indictionis ad XVIII. Patres Comprovinciales cũ Edicto, & literis credentialibus ad eosdem.
3. Delatio dictarum literarum per deputatos, eorumque instructiones.
4. Literæ invitatoriæ ad Cathedralium Capitula per Cursores Concilii deferendæ, eorumque instructiones.
5. Notificatio per edictũ omnibus,

bus, qui de jure, vel consuetudine accedere tenentur.

6. Publica documenta Metropolitæ transmitti debent de hujusmodi literis, & notificationibus acceptis.

7. Per duos, vel saltem unum Mensem ante diem Concilii affixio Schedulæ manu Cancellarii subscriptæ, ac diei ejusdem indictivæ ad valvas Ecclesiæ Metropolitanæ.

8. Edicta per Civitatē, & Diœcesim, quibus & Concilii tēpus significatur, & publicæ instituuntur supplicationes, ac preces.

9. Item collecta de Spiritu Sancto quotidiè in Missa; & ejusdem Missa solennis in omnibus V. Feriis usque ad Concilii consummationem.

10. Præmonitio Cleri, & aliorum, qui interesse debent per Præfectos Ecclesiasticæ disciplinæ.

11. Tribus proximis Dominicis ante Concilium in Metropolitanā per Concionatōrem, & in Parochialibus per Parochos populus excitetur, ut piè oret, & Sacramēta frequentet.

12. Congregatio privata *præparationis* Concilii per Metropolitam, ut infrà §. seq.

13. Processio Conciliaris solēnis indicatur universo Clero Sæculari, & Regulari,

14. Festivus campanarum sonus præcipitur omnibus Ecclesiis Civitatis sub vespera ante celebrationem Concilii, & in ipsa die usque ad ingressum Metropolitæ, & Patrum ad Ecclesiam.

15. Pridiè tandem diei Concilii præ foribus Aulæ conciliaris Archiepiscopii, & Ecclesiæ Metropolitanæ duæ affiguntur tabellæ, quarum

Una publicas indicit congregationes.

Altera celebrationē Concilii in crastinum notificat.

§. II.

De Congregatione præparationis Concilii habenda per Metropolitam.

1. Metropolita cum aliis, quos voluerit, ad aulam Congregationum.

2. Item Cæremoniarius, & Notarii.

3. Oratio *Adsumus* per Metropolitam stantem, genuflectentibus omnibus.

3. Deputantur in sequentes Concilii Officiales, & Ministri.

1. *Judices excusationum.*

2. *Judices querelarum, & controversiarum.*

3. *Promotores Concilii.*

4. *Ma-*

4. *Magister caeremoniarum cum sociis.*
5. *Secretarii duo.*
6. *Notarii duo.*
7. *Ostiarii.*
8. *Cursores, & Nuncii Concilii.*

5. Exhibentur 2. & considerantur Methodus præsens, Tabellæ, & dispositio Congregationum Conciliarium, & consessus.

6. Eliguntur 3. duo ex Canonicis Subdiaconis pro associatione Patrum advenientium ad publicas Congregationes.

7. Familiæ tandem, & Hospitia singulorum Patrum distinctè, & nominatim describuntur cum eorum Præfectis.

§. III.

De ordine, quo recipi debent Patres Comprovinciales ad Concilium accedentes.

1. Proximus Comprovincialis Patris adventus per nuncium significetur.
2. Vicarius Generalis cum uno ex Protonotariis de familia Metropolitæ obviam eat per duo, vel tria milliaria.
3. Ad aliquem Conventum extra mœnia eum ducat.
4. Comprovincialis Pater ibidem se componit, & induit scil. Mantello cum manicis pendẽtibus supra breviorem vestem, & Mozzetta.
5. Eodem comitatu procedit ad Metropolitanam Ecclesiam; populo interim per viã occurrenti, benedicens, ex concessione Metropolitæ.
6. Capitulum, & Clerus dictæ Metropolitanę Ecclesię ei ad valvas occurrunt.
7. Quatuor verò Canonici cum Clericis hæc agunt, quando in Choro divinæ persolvuntur preces.
8. Cõprovincialis aspergit se, & circumstantes.
9. Accedit ad Altare SS. Sacramenti, & deindè ad Altare Majus, præcedentibus Clericis, & Canonicis subsequentibus.
10. Interim pulsantur Campanæ; & etiam organa, nisi divina celebrentur.
11. Absolutis orationibus super genuflexorio ibidem parato cum tapete, & pulvinaribus, ab iisdem comitatur usque ad aulam S. Barbati, ut ad Metropolitam accedat.
12. In aditu aulæ majoris Archiepiscopii, & supradictæ S. Barbati per Metropolitæ familiares ad Archiepiscopium ducitur.
13. In fine Aulæ majoris huma-

maniter excipitur à Metropolita, & ad interiores ædes ducitur.

14. Ad suum tandem hospitiũ comitatur.

§. IV.

De Congregatione, quæ privatim à Patribus haberi debet.

1. Metropolita cum Mozzetta ad aulam solitæ Congregationis.
2. Item Patres cum rocchettis, & mozzettis eòdem accedunt.
3. Oratio *Adsumus* per Metropolitam, qua finita omnes sedent.
4. Primò, distribuuntur materiæ à Patribus discutiendæ, singulas singulis assignando cum suis Theologis, & Canonistis.
5. Secundò, proponitur ordo servandus in principio Concilii, progressu, & fine.
6. Cęremoniarius exhibet prę-sentem Methodum, & alias tabellas.
7. His à Patribus approbatis omnes genuflectunt.
8. Gratiarum actio in fine per Metropolitam.
9. Omnium discessus.

§. V.

De prima Congregatione publica à Patribus habenda ante Concilii sessionem, hora pomeridiana.

1. Publicarum Congregationum dispositio consessus.
2. Accessus Metropolitæ, & Patrum hoc ordine.
   1. *Familiarium, & domesticorum Patrum, & Metropolitæ comitatus.*
   2. *Procuratores Capitulorum Cathedralium Provinciæ cũ eorum insignibus.*
   3. *Procuratores Patrum legitimè absentium, habitus Ecclesiasticos, & Chorales gerentes.*
   4. *Promotores, Secretarii, & Notarii.*
   5. *Mazzerius.*
   6. *Cruciferarius cum Cruce.*
   7. *Metropolita cum mozzetta, & stola rubea.*
   8. *Canonici Diaconi cum habitu canonicali, Metropolitam hinc inde comitantes.*
   9. *Patres ordine suarum promotionum, cum rocchetto, & mozzetta, & caudatario, usq; ad dissolutionẽ Concilij.*
   10. *Duo Canonici Subdiaconi dictos Patres comitantes; & ex-*

& excipientes quando sigillatim veniunt.

3. Omnes in consessu sedebunt ordine, quo infrà.

1. *Procuratores Capitulorum Cathedralium.*
2. *Procuratores Patrum in sedilibus contra solium Metropolitæ; his verò primum occupantibus locum.*
3. *Promotores juxta parietem solii, in sinistra parte.*
4. *Secretarii inter parietem dexterum solii, & Patrum sedilia, servato competenti recessu.*
5. *Notarii contra dictos Secretarios.*
6. *Cruciferarius cum Cruce in medio Areæ.*
7. *Metropolita cum suis Diaconis in propria sede Pontificali.*
8. *Patres in sedibus cameralibus hinc inde rectam lineam facientibus.*
9. *Duo Canonici Subdiaconi juxta parietem solii in dextera parte.*

4. Oratio *Adsumus* per Metropolitam, Patribus stantibus, cæteris genuflectentibus.

5. Concio ad Patres *januis clausis.*

6. Promotores cū Cæremoniario ad Metropolitam, & Patres

7. Exhibent instrumentum suæ deputationis.

8. Item instant *pro inchoatione Concilii*; & sua petunt loca.

9. Notarii, & unus ex Secretariis ad Metropolitam, & Patres pro votorū rogatione.

10. Iterùm ad Metropolitam pro relatione.

11. Lectio Decreti de *Initio Concilii*, & fores aperiuntur.

12. Secretarius statim de mandato Metropolitæ alta voce dicit *RR. DD. Si quis vestrum est, qui ad hanc Sanctam Synodum aliquid referre velit, datur ei libera facultas dicendi.*

Eadem dicuntur vulgari idiomate per Notarium.

13. Mora aliqua adhibita vocantur omnes distinctè, & ordinatim pro audientia hoc ordine.

14. Procuratores Episcoporū his verbis: *Accedant Procuratores Reverendissimor. Episcoporum absentium, qui volunt audiri.*

15. Per primum Diaconum introducuntur hac formula adhibita: *Eminentiss. & Reverendiss. Pater, & Domine, Adsunt Procuratores Reverendissimorum Episcoporum NN. &c. absentium, qui habent quod ad hanc Sanctam Synodum referant.*

16. Singuli accedunt ad Me-

tropolitam, & exhibent suæ procurationis instrumenta.

17. Procuratores Capitulorũ deindè vocantur his verbis: *Accedant Procuratores Capitulorum, qui volunt audiri.*

18. Per eundem Diaconum introducuntur dicẽdo: *Eminentiss. & Reverendiss. Pater, & Domine, Adsunt Procuratores Capitulorum NN. &c. qui volunt audiri.*

19. Singuli accedunt, & sua procuratoria exhibent.

20. Vocantur Canonici sic: *Accedant Canonici qui volunt audiri*; & si qui adsunt præsentantur, & audiuntur.

21. Vocantur Parochi iisdem verbis, mutatis mutandis.

22. Vocantur Clerici, ut supra.

23. Vocantur Laici his verbis: *Accedant Laici, & alii quicunque volunt audiri.*

24. His expeditis jussu Metropolitæ omnes excluduntur, qui admitti non debent, per Secretarium dicentem: *RR. DD. exeant omnes præter Procuratores Reverendissimorum Episcoporum, & Capitulorum.*

25. Januæ iterum clauduntur.

26. Promotores cum Cæremoniario ad Metropolitam.

27. Protestatio eorundem, ut non admittantur Procuratores, nisi ex benignitate, & gratia; & quin priùs constet de sufficienti mandato.

28. Iidem ad propria loca.

29. Interim Notarii cũ Secretario ad Metropolitam, & Patres pro votorum rogatione.

30. *Votum*, si placeat; *ut admittantur, & recognoscantur mandata per judices deputatos.*

31. Ad Metropolitam pro relatione.

32. Interrogatio Metropolitæ Patribus facienda, *an sciant adesse aliquem, qui voti decisivi jus vel privilegium habeat.*

33. Responsio Patrum.

34. Secretarius de mandato Metropolitæ legit instantias, & decreta primæ sessionis unà cum catalogo Ministrorum Concilii.

35. Rogantur vota Patrum his verbis: *Reverendissimi Patres, Decreta, & alia modò lecta placent ne vobis?*

36. Secretarius, cum Notariis ad Patres pro responsione.

37. Metropolitano refertur.

38. Secretarius de mandato ejusdem dicit. *Decreta modò lecta placuerunt Patribus* (si fuerunt approbata) *de eorum ergo assensu illa statuimus, ut lecta sunt.*

39. Gratiarum actio in fine per Metropolitam.

40. Januæ aperiuntur.

41. Omnes

41. Omnes ordine, quo venerant, discedunt.

§. V.

De aliis publicis Congregationibus subsequentibus ad Patrum arbitrium.

1. Accessus, Vocatio, & admissio ut supra §. antecedenti.
2. Relatio causarum, si adsint. Discussio earum, & vota Patrum.
3. Decreta Metropolitæ de cōsensu Patrum, & publicatio eorum per Secretarium.
4. Lectio Instantiarum, & Decretorum secundæ, vel tertiæ sessionis respectivè per Secretarium modo, quo supra §. antecedenti.

CAPUT II.

De prima sessione Concilii Provincialis.

§. I.

De Solenni, ac generali processione usque ad Missam Pontificalem.

1. Summo mane Patres ad Ecclesiam pro Missis celebrandis.
2. Communio familiarium eorundem inter ipsas.
3. Campanarum sonus festivus Metropolitanæ, & aliarum Ecclesiarum Civitatis.
4. Laicorum Confraternitates, Regulares Civitatis, Universus Clerus secularis in Metropolitanam.
5. Interim in Secretario recitantur horæ diurnæ cum Missa post tertiam sine cantu, per Mansionarios.
6. Patres ad Metropolitam.
7. Canonici item cum toto Clero.
8. Metropolita cum Patribus, & Canonicis, ut supra ad Capellam sui Archiepiscopii.
9. Post solitam aspersionem, & orationem ad faldistorium, cum Diaconis assistentibus.
10. Omnes sedent tectis capitibus.
11. Canonici ad aulam proximiorem pro paramentis, & Diaconus, & Subdiaconus pro Missa mox celebranda accipiunt paramenta missalia, manipulis exceptis.
12. Alii omnes parandi in ædibus deputatis.
13. Interim distribuuntur paramenta pro Metropolita, & Patribus.
14. Processioni principium datur per Confraternitates ordine, quo infra n. 21.
15. Metropolita, recedentibus Dia-

Diaconis assistentibus, qui eunt ad capienda sua paramenta convenientia, per manus Diaconi, & Subdiaconi jam paratorũ, accipit Superpelliceum, Amictum, Albam, Cingulum, Crucem pectoralem, Stolam, & Pluviale rubeum, Pectorale, Mitram pretiosam, & Pastorale.

16. Patres, similiter per suos Capellanos, Amictus supra rocchettum, Pluviasia, & Mitras auriphrygiatas.

17. Abbates pariter eadem paramenta cum mitris, quæ tamen erunt lineæ.

18. His tãdem paratis, Diaconi assistentes de more, (recedentibus Diacono, & Subdiacono de Missa) ad Metropolitam.

19. Ministratur incensum, accedente Archidiacono, qui statim recedit: & ultimus Canonicus pro præintonatione.

20. *Veni creator Spiritus* per eundem stantem ante medium altaris *sine mitra*, & genuflectentem ad reliquos primos versiculos; omnibus interim detectis capitibus, genuflectentibus.

21 Processio conciliaris ad Ecclesiam S. Mariæ Pacis hoc ordine.

1. *Duo Mazzeril.*

2. *Confraternitates Laicorũ, singulæ cum earum Labaris, Crucibus, Capellanis, Clericis, & Mazzeriis, Psalterium B. M. V. clara voce recitantes.*

3. *Regulares omnes Civitatis sub eorum Crucibus, singuli preces juxta tabellam decantantes, & quatuor eorundem directores Clerici.*

4. *Crux Capituli Metropolitani per Subdiaconum paratum sine candelabris.*

5. *Clerici Seminarii cum eorum directore, & tabellis precum.*

6. *Clerici omnes Diœcesis juxta eorum gradũ, & ordines cum duobus directoribus, & tabellis precum.*

7. *Clerici omnes Civitatis eo modo, quo numero antecedenti.*

8. *Subdiaconi, & Diaconi Diœcesis.*

9. *Subdiaconi, & Diaconi Civitatis cum eorũ directore, & tabellis precum.*

10. *Presbyteri omnes Diœcesis cum quatuor directoribus & tabellis, preces, inter se per classes distributi, decantantes.*

11. *Presbyteri Civitatis.*

12. *Oeconomi Ecclesiarum Parochialium Diœcesis cum stollis rubeis, & eorum directores cum tabellis.*

13. *Re-*

13. *Rectores Ecclesiarum Parochialium Diœcesis modo, quo supra numero antecedēti.*

14. Subsequi deberent Archipresbyteri Diœcesis, quia verò parantur incedunt post Crucem, ut infra.

15. *Mansionarii Ecclesiæ Metropolitanæ cum eorum tabellis.*

16. *Notarii Concilii.*

17. *Secretarii ejusdem.*

18. *Mazzerius Metropolitæ cum duobus scutiferis.*

19. *Thuriferarius cum thuribulo.*

20. *Crux Archiepiscopalis per Cruciferum paratum inter Ceroferarios.*

21. *Archipresbyteri Provinciæ si adsint, induti, ut infra.*

22. *Archipresbyteri Diœcesis cum pluvialibus, directoribus, & tabellis, per varias classes decantantes.*

23. *Quinque Collegia Diœcesis cum Tunicellis, Dalmaticis, Planetis, & Pluvialibus respectivè cum eorum directoribus, & tabellis.*

24. *Duo Collegia Civitatis cū paramentis ut supra.*

25. *Promotores Synodales cū pluvialibus.*

26. *Procuratores Capitulorū Cathedralium cum pluvialibus, directoribus, & tabellis.*

27. *Procuratores Abbatum cum pluvialibus.*

28. *Procuratores Patrum cōprovincialium absentium ordinē suorum principalium cū pluvialibus.*

29. *Abbates Diœcesis, usum mitræ habentes, cum pluvialibus, & mitris lineis albis, directoribus, & tabellis.*

30. *Abbates Regulares parati, ut supra.*

31. *Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ parati ordine eorū cum directoribus mansionariis, & tabellis.*

32. *Patres parati juxta eorū ordinationem cum duobus Capellanis, caudatario, & directoribus cum tabellis.*

33 *Minister paratus cum pastorali.*

34 *Metropolita paratus, ut supra, inter Diaconos assistentes paratos.*

35. *Ministri ejusdem parati.*

36. *Vicarius generalis.*

37. *Protonotarii, & alii Prælati, si adsint.*

38. *Reliqui de populo Psalterium B. M. V. decantantes, cum eorum directoribus.*

22. In Ecclesia S. Mariæ Pacis cantantur Antiphonæ, & ℣℣. ut in tabella per cantores, & Orationes per Metropolitam

Archidiacono librum sustinente.

23. Patres,& Canonici tantum stabunt post eum in varios semicirculos distributi.

24. Resumendi deinde Psalmi, & iisdem proceditur ad Ecclesiam Metropolitanam.

25 In Metropolitanam ingressis, Cõfraternitates hinc inde se disponunt cum eorum labaris, & crucibus.

26. Eodem prorsus modo Regulares.

27. Clerici Diœcesis, & Civitatis sua petunt loca in Conciliari sessione secundum eorum ordinem, prescriptum à Cæremoniario.

28. Subdiaconus relicta cruce ad credentiam, Archipresbyteri Prouinciæ, & Diœcesis, Collegia omnia, & Procuratores Cathedralium, Abbatum, & Episcoporum ad Sacristias pro dimissione paramentorum, & deinde in propriis locis in consessu.

29 Cruciferarius Metropolitæ, Promotores, Abbates Seculares, & Regulares, Canonici, Patres, & Metropolita cũ suis ministris paratis ad presbyterium, & Chorum respectivè, & in propriis locis sedent.

30. Dimissio Regularium, & Confraternitatum, *si placet.* petita venia.

§. II.

De Missa Pontificali de Spiritu Sancto per Metropolitam celebranda.

1. Sedentibus omnibus, Subdiaconus Missæ cum Acolythis, & scutifero ad credentiam pro sandaliis; ac deinde cum debitis reverentiis ad Metropolitam.

2. Archidiaconus cum ministris de libro, & bugia ad eundem.

3. Metropolita accipit sandalia de more; ministris tantum stantibus.

4. Subdiaconus cum aliis ad credentiam, & deinde propè Altare.

5. Absolutis consuetis Psalmis Metropolita surgens legit ℣℣., & orationes.

6. Interim distribuuntur paramenta missalia pontificalia.

7. Metropolita lavat manus; interim Episcopi sedent *cum mitris,* cæteri verò stant, vel genuflectunt pro eorum gradu, & dignitate.

8. Archidiaconus accedit inter Canonicos.

9. Diaconus, & Subdiaconus, & ministri cum paramentis ad Metropolitam non recedentibus Diaconis assistentibus.

10. Stantibus omnibus, præter Patres, deponit pluviale &c. & accipit paramẽta pro missa cum Pallio.

11. Archidiaconus redit, recedentibus Diacono, & Subdiacono, qui manipulos capiũt, in propriis locis.

12. Ministratio incensi, omnibus interim sedentibus.

13. Metropolita procedit ad Altare pro Missa celebranda.

14. *Cum mitra* salutat Patres, qui eidem *cum mitris* correspondent, & postea eas deponunt.

15. Confessio fit per Patres inter se de more; & eadem fit ab omnibus stantibus, vel genuflexis, ut supra.

16. Incensato altari, Metropolita accipit mitram, & idem Patres faciunt; & post salutationem sedent.

17. Dum deponit *mitram* apud sedem pro Introitu Missæ, ipsi pariter deponunt.

18. *Kyrie* &c. & *Gloria* recitantur ab omnibus juxta regulas Chorales; sic etiam suo tempore *Credo*, *Sanctus*, & *Agnus Dei*.

19. Capellani Patrum sedent ad pedes eorũ, vel post ipsos juxta capacitatem loci.

20. Unica dicitur oratio.

21. Diaconis, & Subdiaconis pro suis muneribus transeuntibus Patres non assurgunt; Abbates verò stãtes cum mitris, cæteri detectis capitibus, & stantes eos salutant.

22. Epistola cantatur de more cum osculo manus in fine.

23. Ad ℣. *Veni Sancte Spiritus* post Epistolam Metropolita in propria sede, Patres, & Abbates in locis suis cum mitris genuflectunt; reliqui detecto capite.

24. Evangelium in ambone, stantibus omnibus detecto capite quousque Metropolita recitauerit Symbolum; & ad ℣. *Incarnatus* &c. omnes genuflectunt unico genu.

25. Dum cantatur in Choro dictus ℣. Metropolita, Patres, & Abbates *cum mitris*, Canonici Metropolitanæ, & Cathedralium sine biretis profundè se inclinant, Collegia, & alii omnes detectis capitibus assurgunt, & genuflectunt utroque genu.

26. Post offertorium, & manuũ lotionem Metropolita ad Altare eo modo, quo dictum est supra n. 14. deinde Patres, depositis mitris, stant vel genuflectunt respectivè usque ad finem missæ.

27. Incensato Altari, & Metropolita, omnes incensantur, ut sequitur.

Per Diaconum.

1. *Patres omnes* triplici ductu.
2. *Archidiaconus cum Diaconis assistentibus* duplici.
3. *Canonici omnes parati.*
4. *Abbates Mitrati.*
5. *Vicarius generalis, & alii Protonotarii.*

Per unum ex Cæremoniariis.

6. *Diaconus Evangelii.*
7. *Procuratores Patrum absentium, Abbatum, & Capitulorum.*
8. *Promotores.*
9. *Mansionarii* unico ductu.
10. *Collegia Urbana, e Foranea* unico.
11. *Reliqui* sine mora.

28. Ad *Agnus Dei &c.* Metropolita dat pacis osculum Archidiacono, & aliis assistentibus, & ministris sacris.

29. Archidiaconus defert pacẽ omnibus, qui primum obtinent locum in incensatione juxta regulas chorales.

30. Cæremoniarius verò omnibus secundi ordinis, ut supra à n.7. usque ad finem, si fieri potest.

31. Communio generalis Cleri; communicandis tantum genuflexis.

32. Non datur in fine *benedictio*, nec publicantur *indulgentiæ*.

33. Metropolita apud Altare deponit pallium, & apud Sedem planetam per Diaconum, & Subdiaconum &c. & accipit pluviale *cum mitra* per Diaconos assistentes, sedentibus interim Patribus tantum cũ mitris.

34. Deponit sandalia, & non lavat manus accedentibus solitis ministris.

35. Diaconus, & Subdiaconus inter Canonicos, & cum manipulis, quando sunt ministraturi.

§. III.

De primo accessu ad consessum, ac primæ Conciliaris sessionis celebratione.

1. Proceditur ad cõsessum Synodalem ordine seq.
   1. *Notarii Concilii cum uno ex cæremoniarum Magistris*
   2. *Secretarii.*
   3. *Mazzerius.*
   4. *Cruciferarius Metropolitæ cum Cruce sine candelabris, cui dictus Metropolita, & Patres stantes cum mitris se inclinant.*
   5. *Promotores.*
   6. *Abbates, mitras manibus gestantes.*
   7. *Canonici Metropolitanæ omnes parati.*

8. Pa-

8. *Patres* cum mitris *factâ priùs Altari, & Metropolitæ reverentia, incipiendo à junioribus.*

9. *Metropolita inter Diaconos assistentes.*

10. *Vicarius Generalis, & alii Protonotarii, si qui sunt.*

2. Omnes petunt sua loca, Metropolita excepto, qui sedet in faldistorio in plano Ecclesiæ, sedentibus omnibus.

3. Diaconus à dextris *Orate*, & omnes etiam Metropolitanus, Episcopi, & Abbates, *cum mitris* orant genuflexi.

4. Ultimus Canonicus subdiaconus ad Metropolitam pro præintonatione Antiphonæ sequentis.

5. Antiphona *Exaudi* genibus flexis *sine mitra*.

6. Psalmus *Salvum me fac*, ut in tabella alternatim per Clerũ urbanum, & foraneum; & interim omnes sedent tectis capitibus.

7. Dùm repetitur Antiphona in fine, omnes detecto capite surgunt.

8. Orationes *Adsumus*, *&c.* *Omnipotens*, *&c.* ministrante Archidiacono.

9. Metropolita, & Episcopi sedent, & mitras accipiunt; Abbates pariter suas, & genuflectunt; aliis etiam genuflectentibus.

10. Litaniæ à cantoribus post Metropolitanum versus cornu Epistolæ genuflexis.

11. *Benedictio* Concilii per Metropolitam tantùm stantem.

12. Absolutis litaniis omnes surgunt, ac detectis capitibus manent.

13. *Oremus* sine *flectamus genua*, quia tempus Paschale, & oratio *Da quæsumus*, *&c.* per Metropolitam.

14 Metropolita cum Patribus sedens accipit *mitram*; deindè surgens, ac mutuis habitis salutationibus cum iisdem, ut aliàs, sedet in plano Altaris.

15. Diaconus Evangelii ad eũdem pro osculo manus, deindè ante Altare pro *Munda cor meum*, *&c.*

16. Archidiaconus cum thuriferario, & ministratur incensum; & Archidiaconus non recedit.

17. Item Diaconus cũ Subdiacono, Ceroferariis, & Thuriferario pro benedictione; stãtibus tantùm Ministris cum assistentibus.

18. Evangelium in ambone cũ osculo, & thure in fine ad Metropolitã; recedente deindè Archidiacono.

19. Interim Diaconus, & Subdiaconus depositis manipulis inter Canonicos accedũt.

20. Ultimus Canonicus, ut supra, pro præintonatione sequenti.

21. Ve-

21. *Veni Creator Spiritus*; omnibus genuflectentibus, & stantibus ut supra §. 1. n.20.

22. *Extra omnes* per Ostiarios; & omnes sedent tectis capitibus.

23. Portæ Ecclesiæ clauduntur.

24. Concio Metropolitæ ad Patres in proprio Ambone cum septem Diaconibus paratis.

25. Secretarius cum Cæremoniario ad Metropolitam.

26. Idem cum Decreto ad ambonem.

27. Decretum de *inchoanda Synodo* per Secretarium stantem sine bireto, & statim recedentem.

28. Alter Secretarius cum Notariis ad Patres, & sigillatim ipsorum votum exquirunt.

29. Dicto ab omnibus *Placet*, si ipsis videbitur, Secretarius cum Notariis pro votorum relatione ad Metropolitam.

30. Metropolita clara voce dicit. *Decretum placuit omnibus Patribus. Itaque decernimus primæ Provincialis nostræ Synodi initium fieri, & jam factum esse.*

31. Secretarius cum Notariis ad propria loca.

32. Primus Secretarius cum Cæremoniario pro aliis decretis ad Metropolitam, & iterum accedit ad ambonem.

33. Stans nudo capite legit Introductionem, reliqua sedens & cooperto capite.

1. *De ratione vivendi in Synodo, &c.*

2. *De Ministris Synodalibus.*

3. *De præjudicio non afferẽdo.*

4. *De non discedendo.*

34. Deindè, bireto dimisso, & stans, immediatè subjungit *Reverendissimi Patres, Placent ne vobis hæc Decreta?* & petit locum suum.

35. Alter Secretarius, & Notarii ad singulos Patres pro exquirendo consensu.

36. Dicto ab omnibus *Placet* si ità videbitur, Iidem ad Metropolitam pro relatione, deindè ad propria loca.

37. Metropolità clara voce dicit *Decreta placuerunt, ideò agendæ sunt Deo gratiæ.*

38. Patres respondebunt *Deo gratias.*

39. Promotores, & primus Secretarius cum Cæremoniario ad Metropolitam.

40. Instant 1. *pro vocatione Patrum*, & aliorum, qui huic Concilio interesse debent.

41. Metroplita, *Ità decernimus, & mandamus.*

42. Secretarius ad Ambonem, Promotores ad propria loca.

43. Decretum de *Vocatione Patrum*, & aliorum, ut supra.

44. Secretarius recedit.

45. *Vo-*

45. *Vocatio* per Notarios Concilii.
46. Promotores cum Cæremoniario ad Metropolitam.
47. Inſtant 2. *contra abſentes.*
48. Metropolita, *Admittimus, & committimus.*
49. Iidem Promotores cum Secretario.
50. Inſtant 3. *pro Indictione ſecundæ ſeſſionis.*
51. Metropolita *Habeatur Reverēdiſſimorū Patrum ſententia.*
52. Secretarius ad ambonem, Promotores ad propria loca.
53. Indicit ſecundam ſeſſionē, & Patres rogat ſtans ſine bireto.
54. Alter Secretarius cum Notariis ad Patres pro exquirendo conſenſu.
55. Dicto per omnes *Placet*; Iidem ad Metropolitam pro relatione deindè ad propria loca.
56. Primus Secretarius ad Metropolitā pro decreto, deindè ad ambonem.
57. Decretum *Indictionis ſeſſionis*, & recedit.
58. Promotores, & Notarii ante Metropolitam, & Patres.
59. Inſtant 4. pro *Rogitu actorum.*
60. Primus ex Notariis dicit *Conficiam*, & publicat inſtrumentum.
61. Apertio Eccleſiæ.
62. Diaconus dicit *Orate*; genuflectunt omnes, & *Oratio mentalis.*
63. Metropolita, Patres, & Abbates genuflectunt *cum mitris.*
64. Benedictio ſolennis in fine: ſtantibus Patribus, Abbatibus *ſine mitris*, Canonicis, & Protonotariis; reliqui genuflectunt.
65. Pulſantur organa.
66. Omnes parati, ut venerant, recedunt.
67. Metropolita deponit ſacras veſtes in ſua ſede, & cappam reaſſumit.
68. Patres, & Canonici idem faciunt in propriis locis.
69. Omnes diſcedunt comitantes Metropolitam.
70. Clerus totus modeſtè recedit è conſeſſu, & ad Sacriſtias deputatas accedit pro Eccleſiaſticarum veſtium dimiſſione.

CAPUT

CAPUT III.

De secunda Sessione Concilii Provincialis.

§. I.

De accessu ad Ecclesiam Metropolitanam usque ad Missam inclusivè.

1. Festivus sonus Campanarum in Metropolitana.
2. Horæ minores diurnæ cum Missa post tertiam sine cantu per Mansionarios.
3. Patres Missas persolvunt; & deindè ad Metropolitam.
4. Universus Clerus in Metropolitana.
5. Tres Canonici ministraturi Episcopo Cõprovinciali celebranti Missam solennem, pro Presbytero, Diacono, & Subdiacono ad Sacristiam interiorem pro paramentis cum suis ministris.
6. Episcopus celebrans comitatur à quatuor Canonicis, & Clericis ad dictum locum, & accipit paramenta de more.
7. Canonici, & Clerus Metropolitanę Ecclesię ad Archiepiscopium, cęteri ad cõgressum Synodalem.
8. Metropolita cum cappa comitatus à Patribus cum rocchettis, & mozzettis, & Canonicis, ut aliàs, ad Secretarium.
9. Patres ad dexteram Metropolitæ stabunt, vel sedebunt, & Canonici è regione.
10. Metropolita ad propriam sedem, & accipit paramenta, ut infra, Amictum, Albam, Cingulum, Crucem Pectoralem, Stolam, & Pluviale rubei coloris, Pectorale, & Mitram pretiosam cum Pastorali.
11. Processionali ritu procedit ad Capellam SS. Sacramenti, deindè ad Altare majus.
12. Interim Episcopus celebrans, ministrato incenso, accedit ad Altare majus cũ ministris, præcedẽtibus Thuriferario, & Ceroferariis; & sedet in faldistorio ibidem parato.
13. Ad Metropolitam, & cæteros Patres ingredientes in presbyterio tantum assurgens cum mitra eos salutat, Canonicos verò sedens.
14. Deposita deindè *mitra* accedit ad sinistram Metropolitæ assurgẽtis ab oratione, & cum eo facit solitã cõfessionẽ Patres idem in suis locis.
15. Ascendit ad Altare, & Metro-

tro-

tropolita ad sedem, ubi ministrat incensum.

16. Thurificato altari de more Episcopus cum mitra stans in cornu Epistolæ incensatur triplici ductu, deinde Metropolita.

17. Ad faldistorium progrediens, prosequitur Missam de more usq; ad offertorium inclusivè.

18. Subdiaconus post Epistolã, & Diaconus ante Evãgelium osculatur manus Metropolitæ, à quo recipit benedictionem ad Evangelium; & in fine osculatur librum, & incensatur.

19. Episcopus, lotis manibus post offertorium, cum mitra factis debitis reverentiis, procedit ad Altare, ubi prosequitur missam. Incensatio, ut in superiori sessione.

20. Osculum pacis dat Presbytero assistenti Metropolitæ, deinde suo (qui pacem defert Patribus, & Choro) Diacono, & Subdiacono.

21. Interim distribuuntur paramenta pro Patribus, Canonicis, & Abbatibus. Promotores, & Ministri cum Crucifero parantur in Sacristia.

22. Diaconus, & Subdiaconus cantaturi Evangelium, ut infra, pariter in Sacristia.

24. Episcopus celebrans cum debitis reverentiis redit in Secretarium ubi deponit paramenta missalia, & accipiẽs pluviale, suo tempore accedit inter Patres ad sessionem.

25. Patres omnes per Capellanos parantur in propriis locis, sic etiam Canonici, & Abbates.

26. Duo Canonici Diaconi parati ad Metropolitam, recedentibus primis pro paramẽtis.

27. Promotores, Ministri, & Cruciferarius jàm parati in presbyterium, & Chorum respectivè.

28. Duo primi Diaconi iterum ad Metropolitam, & alii inter Canonicos.

29. Proceditur ad consessum, ut in prima sessione, & sedent.

§. II.

De ipsa secunda sessione usque ad finem.

1. *Orate* per Diaconum assistẽtem.

2. Omnes genuflectunt, etiam Metropolita, in plano Ecclesiæ, Patres, & Abbates *cum mitris.*

3. Ultimus Canonicus Subdiaconus ad Metropolitam, ut in prima sessione.

4. [illegible] *Procitius* per Me-

5. Patres, & Abbates suas etiam deponunt.
6. Psal. *Deus venerunt gentes &c.* per cantores, omnibus surgentibus, & sedẽtibus cooperto capite.
7. Repetita Antiphona surgunt omnes, & Metropolita stans *sine mitra*, sicut & alii, versus altare dicit, ministrante Archidiacono, *Oremus nostrorum tibi &c. Oremus mentibus nostris &c. Oremus* sine Flectamus genua, *Deus qui nos &c.*
8. Metropolita in plano Altaris, ut in sessione prima.
9. Proceditur ad Evangelium de more.
10. Ultimus Subdiaconus ad Metropolitam pro præintonatione, ut sequitur, omnibus interea genuflectentibus.
11. *Veni creator Spiritus &c.*
12 *Extra omnes* per ostiarios, & omnes sedent tectis capitibus.
13. Portæ Ecclesiæ clauduntur.
14. Concio de ambone Archiepiscopi per unũ ex Patribus.
15. Promotores cum Secretario, & Cæremoniario ad Metropolitam.
16. Instant 5. pro *Fidei professione.*
17. Metropolita, *Ita decernimus, & mandamus.*
18. Secretarius ad ambonem, Promotores ad propria loca.
19. Decretum de *Fidei professione* à Patribus facienda.
20. Secretarius iterùm ad locũ suum.
21. Interim Metropolita deposita mitra, & genuflexus versus altare clara voce, & tactis Evangeliis professionem Fidei emittit; omnibus detectis capitibus stantibus.
22. Metropolita deinde sedens, accepta mitra, & librum Evangeliorum tenens, omnes Patres hac prima vice ad Fidei professionem accedunt.
23. Depositis mitris cum salutant, & genuflexi professionem emittunt uno legente, audientibus aliis.
24. In fine singuli tangunt, & deosculantur Evangelia brevissimam formulam recitantes, & ad sua redeunt loca.
25. Promotores cum Secretario, & Cæremoniario ad Metropolitam.
26. Instant 6. pro *Lectione Decretorum.*
27. Metropolita, *Ita decernimus, & mandamus.*
28. Secretarius acceptis reverenter decretis ad ambonem, Promotores ad propria loca.
29. *Lectio Decretorum* in totum, vel in partem, juxta temporis opportunitatem.
30. Proponuntur Patribus per hæc verba *Eminentiss. & Reverendiss.* Pater, *& Domine,*

Re-

Reverendissimi Patres placent ne hæc omnia vobis? & recedit.

31. Alter Secretarius cum Notariis ad Metropolitam, & Patres pro exquirẽdo eorum consensu.

32. Dicto per omnes *Placet*, si ita videbitur, Iidem ad Metropolitam pro votorum relatione. & sua petunt loca.

33. Metropolita clara voce dicit hæc, vel alia opportuna verba *Decreta placuerunt omnibus, ideo agendæ sunt Deo gratiæ.*

34. *Patres* respondebunt *Deo gratias.*

35. Promotores cum Secretario, & Cæremoniario ad Metropolitam.

36. Instant 7 *pro Indictione 3. Sessionis.*

37. Metropolita *Habeatur Reverendissimorum Patrum sententia.*

38. Secretarius ad ambonem, Promotores ad propria loca.

39. Indicit tertiam sessionem, & Patres rogat sine bireto.

40. Alter Secretarius cum Notariis ad Patres pro exquirẽ-

latione, deinde ad propria loca.

42. Primus Secretarius ad Metropolitam pro Decreto, deinde ad ambonem.

43. Decretum *Indictionis futuræ sessionis*, & recedit.

44. Promotores cum Notariis ante Metropolitam, & Patres.

45. Instant 8. pro *Rogitu actorum.*

46. Primus ex Notariis dicit *Conficiam*, & publicat Instrumentum.

47. Aperitio Ecclesiæ.

48. Diaconus dicit *Orate*, & omnibus orantibus, ut in precedenti sessione, fit *Oratio mẽtalis.*

49. Benedictio solennis in fine.

50. Omnes parati, ut venerant, recedunt.

51. Metropolita deponit Sacras vestes in sua sede, & accipit Cappam.

52. Patres, Canonici, & Abbates idem faciunt in suis locis.

53. Omnes discedunt comitantes Metropolitam.

54. Clerus ...

CAPUT IV.

De Tertia, & ultima Sessione in duabus Sessionibus continuatis distributa.

§. I.

De iis omnibus, quæ facienda sunt de mane.

1. Serventur omnia supra exposita c.3.§.1.per totum.
2. *Orate* per Diaconum assistentem, & omnes genuflectunt, ut in aliis sess.
3. Ultimus Canonicus Subdiaconus ad Metropolitam.
4. Ant. *Exaudi nos Domine &c.* per Metropolitā genuflexum in plano Ecclesiæ *sine mitra.*
5. Patres, & Abbates suas etiā deponunt.
6. Psal. *Salvum me fac Deus* &c. per Cantores, omnibus surgentibus, & sedentibus tecto capite.
7. Repetita Antiphona, surgunt omnes, & Metropolita stans *sine mitra*, sicut & alii, versus Altare dicit, ministrante Archidiacono *Oremus Ad te Domine &c. Oremus Omnipotens &c. Oremus* sine Flectamus genua. *Deus, qui populis tuis &c.*
8. Metropolita in plano Altaris sedet, ut in præcedentibus sessionibus.
9. Proceditur ad Evangelium de more.
10. Ultimus Subdiaconus ad Metropolitam pro præintonatione, ut sequitur.
11. *Veni Creator Spiritus &c.*
12. *Extra omnes* per Ostiarios, & omnes sedent tectis capitibus.
13. Portæ Ecclesiæ clauduntur.
14. Concio de ambone Archiepiscopi per unum ex Patribus.
15. Promotores cum Secretario, & Cæremoniario ad Metropolitam.
16. Instant 9. pro *continuatione lectionis Decretorum.*
17. Metropolita, *ita decernimus, & mandamus.*
18. Secretarius acceptis reverenter decretis ad ambonem, Promotores ad propria loca.
19. *Lectio* Decretorum.
20. Proponuntur Patribus per hæc verba *Eminentiss. & Reverendiss. Pater, & Domine Reverendiss. Patres placent ne hæc omnia vobis*? & recedit.
21. Alter Secretarius cum Notariis ad Metropolitam, & Patres pro exquirendo consensu.

22.Di-

22. Dicto per omnes *placet, si ita videbitur*, Iidem ad Metropolitam pro relatione, & deinde in propriis locis.

23. Metropolita clara voce dicit hæc, vel alia opportuna verba. *Decreta placuerunt omnibus, ideo agendæ sunt Deo gratiæ.*

24. *Patres* respondebunt *Deo gratias.*

25. Promotores cum Secretario, & Cæremoniario ad Metropolitam.

26. Instant 10. pro *delectu testium Synodalium.*

27. Metropolita *Ita decernimus, & eligimus.*

28. Secretarius ad ambonem, Promotores ad propria loca.

29. Decretum *promulgationis Testium Synodalium.*

„ 30 *Nominatio, & vocatio eorundem*, vel eius loco.

31. *Ostensio schedulæ sigillo obsignatæ cum eorum nominibus.*

„ 32. Item Secretarius dicit. *Testes Synodales, qui modò nominati sunt, si qui adsunt, ordine ad Eminentissimum, & Reverendissimum Metropolitam accedant* [illegible] *iuri se sincer*[illegible]

tra, & aliis de clero; detecto capite, stantibus debitam eis præbent reverentiam, deinde sedens eas recipit, sedentibus omnibus.

„ 34. Accessus testium ad eundem, qui genuflexi jurant juxta formulam expositam.

„ 35. Eo modo, quo venerant, reportantur Reliquiæ.

36. *Omittuntur omnia in quinque signatis numeris adnotata, si nominatio fiat per ostensionem Schedulæ.*

37. Secretarius deinde ad ambonem prosequenti decreto.

38. Decretum *de Jurejurando præstando ab absentibus.*

39. Promotores cum Secretario, & Cæremoniario ad Metropolitam.

40. Instant 11. *pro continuatione Sessionis eodem die post Vesperas.*

41. Metropolita *Habetaur sententia Reverendissimorum Patrum.*

42. Secretarius ad ambonem, Promotores ad propria loca.

43. Idem stans sine bireto dicit: *Reverendissimi Patres, cum o-*

44. Patres respondebunt *placet*; si ipsis videbitur.

45. Secretarius ad Metropolitam pro Decreto, deinde redit ad ambonem.

46. Decretum *continuationis sessionis*.

47. Secretarius recedit.

48. Promotores, cum Cæremoniario ad Metropolitam.

49. Instant 12. *contra absentes*.

50. Metropolita, *Admittimus, committimus, & jubemus*.

51. Item Promotores, & Notarii.

52. Instant 13. pro *Rogitu Actorum*.

53. Unus ex Notariis dicit *Confectam*, & publicat Instrumentum.

54. Secretarius de mandato Metropolitæ ad ambonem.

55. Decretum *de discessu*, & recedit.

56. Organa pulsantur.

57. Metropolita manu benedicit Clerum.

58. Ad propriam sedem deponit paramenta cum aliis Patribus, & Canonicis &c.

59. Cum solo Clero Metropolitano, & Patribus redit ad Archiepiscopium.

60. Cæteri modestè recedunt.

§. II.

De iis omnibus, quæ facienda sunt à prandio pro continuatione Tertiæ Sessionis.

1. Hora competenti à prandio post sonum Festivum Campanarum omnes in Metropolitana.

2. Tres Canonici qui Missæ inservierunt, ad Sacristiam pro pluvialibus, deinde, præcedentibus Acolythis, procedunt ad Altare, & in propriis locis sedent.

3. Canonici, & Clerici omnes Metropolitanæ ad Archiepiscopium, reliqui in consessu Synodali.

4. Interim unus ex PP. in faldistorio apud Altare, & paramenta pro Vesperis desumit.

5. Metropolita solito comitatu cum Patribus, & Canonicis ad Ecclesiam cum Cappa; & post solitas orationes ad Sedem.

6. Cantantur Vesperæ alternatim à Clero urbano, & foraneo.

7. Antiphonæ ante Psalmos, præter primam, intonantur à Canonicis de more.

8. Capitulum dicitur per unum ex cantoribus.

9. Dum cantatur Antiphona ad *Magnificat* Episcopus, sedens

dens ministrat incensum.

10. *Ad Magnificat* procedit cū debitis reverentiis ad altare, quod thurificat.

11. In cornu Epistolæ, accepta mitra, thurificatur per suum Presbyterum assistentem, & denuò ad faldistorium, ubi stat sine mitra.

12. Metropolita per Presbyterum assistentem thurificatur, deinde per Canonicum Subdiaconum Patres, Canonici, & alii per Cæremoniarium.

13. Interim distribuuntur paramenta pro Metropolita, Patribus, Canonicis, & Abbatibus.

14. Promotores, Ministri, & Cruciferarius ad Sacristiam pro paramentis, deinde redeunt.

15. Absolutis Vesperis non datur *Benedictio*, & Episcopus recedit in Secretarium.

16. Metropolita, Patres, Canonici, & Abbates parantur ut aliàs pro sessione.

17. Procedunt omnes ad consessum.

18. *Orate* per Diaconum assistentem, omnibus genuflectentibus.

19. [illegible]

22. Promotores cum Secretario, & Cæremoniario ad Metropolitam.

23. Instant 14. pro *Subscriptione Concilii.*

24. Metropolita *monemus, præcipimus, & fieri mandamus.*

25. Secretarius ad ambonem cum Decretis, Promotores ad propria loca.

26. Decretum de *subscribendo*, & Secretarius recedit.

27. Notarii propè Altare majus à parte Evangelii.

28. Metropolita, & alii Patres successivè ad Altare, & super eo in cornu Evangelii Decreta subscribunt, & ad propria loca redeunt.

29. Promotores cum Secretario, & Cæremoniario ad Metropolitam.

30. Instant 15. pro *Indictione futuri Concilii.*

31. Metropolita *Ita decernimus, & mandamus.*

32. Secretarius accepto decreto ad ambonem, Promotores ad propria loca.

33. *Indictio* Concilii Provincialis futuri.

34. Promotores cum Secretario, & Cæremoniario ad Metropolitam.

37. Secretarius ad ambonem, Promotores ad propria loca.

38. Rogatio Patrum his verbis. *Emmentissime, & Rev. Pater, & Domine, & Rever. Patres placet ne vobis ad Dei omnipotentis laudem hujus Provincialis Synodi finem jam fieri?* & recedit.

39. Alter Secretarius cum Notariis ad Metropolitam, & Patres pro exquirendo consensu.

40. Dicto ab omnibus *placet*, si ipsis videbitur, iidem ad Metropolitam pro relatione.

41. Metropolita clara voce dicit. *Placuit omnibus Patribus; itaque decernimus huic primæ Provinciali Synodo nostræ finem fieri, & jam factum esse.*

42. Primus Secretarius cum Cæremoniario accepto decreto à Metropolita ad Ambonem.

43. Publicat decretum *de fine Synodo imponendo*, & recedit.

44. Promotores, & Notarij ad Metropolitam, & Patres.

45. Instant ultimò *pro rogitu actorum.*

46. Unus ex Notariis dicit *Conficiam*, & publicat Instrumentum: & redeunt ad propria loca.

47. Affigitur edictum *contra contumaces.*

48. Oratio gratulatoria ad Patres.

49. Aperitio Ecclesiæ.

50. Qui sunt parandi, ut in prima processione, parentur in Sacristiis assignatis.

51. Processio, ut in prima sess. cap. 2. §. 1.

52. Subdiaconus ad Metropolitam pro præintonatione, ut sequitur.

53. Hymnus *Te Deum*, quem Clerus item per Classes distributus cantabit.

54. Pergit Processio ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum. Ibi cantatur Antiph. & Versic. ut in Tabella per Cantores, & Oratio per Metropolitam, Archidiacono librum sustinente.

55. Patres & Canonici tantùm stabunt post eum in varios semicirculos distributi.

56. In regressu cantantur Psalmi, ut in Tabella.

57. In Metropolitanam ingressi in suis Sacristiis relinquunt paramenta, qui acceperunt, ut in num. 50. et redeunt ad propria loca.

58. Omnibus in suis locis compositis, ac stantibus, et Patribus sine mitris Metropolita versus altare, ministrante Archidiacono, dicit Orationem *Nulla est Domine.*

59. Diaconus dicit *Orate*, & *Oratio Mentalis.*

60. Finita oratione mentali, *Acclamationes* in ambone per

per unum ex Patribus, qui omnes ſtabũt cum Mitris facie verſa ad Synodum.

61. Expletis acclamationibus, omnes Patres ordine eorum ad Metropolitam pro *oſculo pacis*, ſtantes cum mitris.

62. *Benedictio* ſolennis in fine.

63. Archidiaconus publicat Indulgentias plenarias conceſſas à Santiſsimo Domino Papa Innoc. XII.

64. *Recedamus in pace* per primũ Diaconum aſſiſtentem.

65. Et omnes *In nomine Chriſti amen*.

66. Metropolita cum Patribus, Canonicis, & aliis deponit Sacras veſtes.

67. A toto conſeſſu comitatur ad Archiepiſcopium.

CAPUT V.

De Miſſa pro defunctis Pontificibus hujus Provinciæ.

ANtequam Patres omnes diſcedant, Metropolita cantat Miſſam de *Requiem* pro omnibus Pontificibus Provinciæ defunctis, & quatuor ex Patribus cùm eodem Metropolita faciunt abſolutionem, prout in Pontificali Romano.

FINIS.